Michaël Georgius Ciołek Princeps Poniatowski Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archieppus Gnesnen., Legatus Natus, Primas
Regni Poloniae, et M. D. Litte, Primusq Princeps, Abbas Commendatarius Czervenen. et Tyneceen., Ordm Aquilae Albae, et S. Stanislai Eq.

Universis et singulis quorum interest, intererit, aut quomodolibet interesse poterit, significamus, et ad notitiam indubitatam deducimus. Quia Nos visis et lectis introscriptis Literis Apostolicis Indulgentias plenarias pro Festis Annuntiationis Beatissimae Virginis Mariae, Transfigurationis Christi Domini, et S. Joseph Eccle Pli in Jasiona applicatas in se continentibus, sanis, salvis, ac illaesis, nec in ulla sui parte suspectis easdem justa illarum tenorem, vim, et eloquentiam Authoritate Nostra Ordinaria admisimus, facultatemq hujusmodi Indulgentias publicandi, et SSmum Eucharistiae Sacramentum in supradictis Festis in dicta Eccla Parochiali Jasionen., publicae Christi fidelium adorationi in Monstratorio exponendi Admodum Reverendo Parocho loci concessimus, uti quidem admittimus, et concedimus in Dei Nomine per praesentes. In quorum fidem &c. Datum Lovicii die decima octava Mensis Junii Anno Domini millesimo, septingentesimo, octuagesimo, sexto.

Gregorius Zacharyaszewicz
C. M. J. et L. I. C. Causarum
Curiae Suae Illmae Celsitud.
Primatialis Sur. Judex.

6.